

- labores, conciones sunt sancta opera, sunt vera sacrificia Deo accepta, sunt certa-
 191 mina Christi, per quae repressit diabolus et depulit ab his, qui crediderunt. Labores
 (70) David in gerendis bellis et in administratione domestica sunt opera sancta, sunt vera
 sacrificia, sunt certamina Dei, defendentis illum populum, qui habebat verbum Dei,
 192 adversus diabolus, ne penitus extingueretur notitia Dei in terris. Sic sentimus etiam 5
 (71) de singulis bonis operibus in infimis vocationibus et in privatis. Per haec opera
 1. Kor. 16, 1 triumphat Christus adversus diabolus, ut quod Corinthii conferebant elemosynam,
 sanctum opus erat et sacrificium et certamen Christi adversus diabolus, qui laborat,
 193 ne quid fiat ad laudem Dei. Talia opera vituperare, confessionem doctrinae, afflic-
 (72) tiones, officia caritatis, mortificationes carnis, profecto esset vituperare externam 10
 W 114 regni Christi inter homines politiam. Atque hic addimus etiam de praemiis et de
 194 merito. Docemus operibus fidelium proposita et promissa esse praemia. Docemus
 (73) bona opera meritoria esse, non remissionis peccatorum, gratiae aut iustificationis,
 (haec enim tantum fide consequimur), sed aliorum praemiorum corporalium et spiri-
 1. Kor. 3, 8, tualium in hac vita et post hanc vitam, quia Paulus inquit: Unusquisque recipiet 15
 mercedem iuxta suum laborem. Erunt igitur dissimilia praemia propter dissimiles
 195 labores. At remissio peccatorum similis et aequalis est omnium, sicut unus est Chri-
 (74) stus, et offertur gratis omnibus, qui credunt sibi propter Christum remitti peccata.
 Accipitur igitur tantum fide remissio peccatorum et iustificatio, non propter ulla
 opera, sicut constat in terroribus conscientiae, quod non possunt irae Dei opponi 20
 Röm. 5, 1, ulla nostra opera, sicut Paulus clare dicit: Fide iustificati, pacem habemus erga
 M 121 Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem et accessum habemus fide
 196 etc. Fides autem quia filios Dei facit, facit et coheredes Christi. Itaque quia iusti-
 (75) ficationem non meremur operibus nostris, qua effimur filii Dei et coheredes Christi,
 non meremur vitam aeternam operibus nostris. Fides enim consequitur, quia fides 25
 Röm. 8, 30 iustificat nos, et habet placatum Deum. Debetur autem iustificatis iuxta illud: Quos
 Eph. 197 iustificavit, eosdem et glorificavit. Paulus commendat nobis praeceptum de honoran-
 6, 21. (76) dis parentibus mentione praemii, quod additur illi praecepto, ubi non vult, quod
 obedientia erga parentes iustificet nos coram Deo; sed postquam fit in iustificatis,
 198 meretur alia magna praemia. Deus tamen varie exercet sanctos et saepe differt prae- 30
 (77) mia iustitiae operum, ut discant non confidere sua iustitia, ut discant quaerere volun-
 tatem Dei magis quam praemia; sicut apparet in Iob, in Christo et aliis sanctis. Et de
 hac re docent nos multi psalmi, qui consolantur nos adversus foelicitatem impiorum,
 Ps. 37, 1, ut Psal. 36: Noli aemulari. Et Christus ait: Beati, qui persecutionem patiuntur pro-
 Matth. 5, 10, pter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum coelorum. His praeconiis bonorum 35
 199 (78) operum moventur haud dubie fideles ad bene operandum. Interim etiam praedicatur
 200 (79) doctrina poenitentiae adversus impios, qui male operantur, ostenditur ira Dei, quam
 201 minatus est omnibus, qui non agunt poenitentiam. Laudamus igitur et requirimus
 (80) bona opera et multas ostendimus causas, quare fieri debeant¹.

Sic de operibus docet et Paulus, cum in-
 Röm. 4, 9 ff. quit, Abraham accepisse circumcisionem,
 non ut per illud opus iustificaretur. Iam
 enim fide consecutus erat, ut iustus re-
 putaretur. Sed accessit circumcisio, ut
 haberet in corpore scriptum signum,
 quo commonefactus exerceret fidem,
 quo etiam confiteretur fidem coram aliis
 et alios ad credendum suo testimonio
 202 (81) invitaret. Abel fide gratiorem hostiam
 Hebr. 11, 4, obtulit. Quia igitur fide iustus erat, ideo
 placuit sacrificium, quod faciebat, non
 ut per id opus mereretur remissionem
 peccatorum et gratiam, sed ut fidem su-
 am exerceret et ostenderet aliis ad in-
 vitandos eos ad credendum².

Also sagt Paulus, daß Abraham habe 40
 die Beschneidung empfangen, nicht daß er
 um des Werks willen wäre gerecht worden,
 sondern daß er an seinem Leibe ein Zeichen
 hätte, dadurch er verinnert würde und immer
 im Glauben zunähme, item daß er seinen 45
 Glauben bekennet für andern und durch
 sein Zeugnis die andern auch zu gläuben
 reizet. Also hat Abel durch den Glauben
 Gott ein angenehmes Opfer getan. Denn das
 Opfer hat Gott nicht gefallen ex opere 50
 operato, sondern Abel hielt gewiß dafür,
 daß er ein gnädigen Gott hätte; das Werk
 aber tat er, daß er seinen Glauben übet und
 die andern durch sein Exempel und Bekennt-
 nis zu gläuben reizet. 55

¹) Vgl. Art. 20 in CA und Apol.
 1531. 8^o verfürzt. CR 27, 478.

²) Der Abschnitt von S. 197, Z. 45 bis hier seit Ed.

Cum hoc modo bona opera sequi fi-
dem debeant, longe aliter utuntur operi-
bus homines, qui non possunt credere
ac statuere in corde, sibi gratis ignosci
propter Christum, se habere Deum
propitium gratis propter Christum¹. Hi
cum vident opera sanctorum, humano
more iudicant, sanctos promeruisse re-
missionem peccatorum et gratiam per
haec opera. Ideo imitantur ea, et sen-
tunt se per opera similia mereri remis-
sionem peccatorum et gratiam, sentiunt
se per illa opera placare iram Dei et
consequi, ut propter illa opera iusti re-
putentur. Hanc impiam opinionem in
operibus damnamus. Primum, quia ob-
scurat gloriam Christi, cum homines
proponunt Deo haec opera tamquam
pretium et propitiationem. Hic honos,
debitus uni Christo, tribuitur nostris
operibus. Secundo, neque tamen in-
veniunt conscientiae pacem in his operi-
bus, sed alia super alia in veris terrori-
bus, cumulant tandem desperant, quia
nullum opus satis mundum inveniunt.
Semper accusat lex et parit iram. Tertio,
tales nunquam assequuntur notitiam Dei,
quia enim irati fugiunt Deum iudican-
tem et affligentem, nunquam sentiunt
se exaudiri. At fides ostendit praesen-
tiam Dei, postquam constituit, quod
Deus gratis ignoscat et exaudiat².

seinen Willen. Denn ein Gewissen, das an Gottes Gnaden zweifelt, das kann nicht glauben,
daß es erhört werde. Und dieweil es Gott nicht anrufen kann, wird es auch göttlicher
Hilfe nicht innen, kann also Gott nicht kennen lernen. Wenn aber der Glaub da ist, näm-
lich daß wir durch Christum ein gnädigen Gott haben, der darf fröhlich Gott anrufen,
lernet Gott und seinen Willen kennen.

Semper autem in mundo haesit impia
opinio de operibus. Gentes habebant
sacrificia, sumpta a patribus. Horum
opera imitabantur, fidem non tenebant,
sed sentiebant opera illa propitiationem
et pretium esse, propter quod Deus re-
conciliaretur ipsis. Populus in lege imi-
tabatur sacrificia hac opinione, quod
propter illa opera haberent placatum
Deum, ut ita loquamur, ex opere ope-
rato. Hic videmus, quam vehementer
obiurgent populum prophetae. Psal. 49.
Non in sacrificiis arguam te. Et Ierem.
Non praecepi de holocaustomatibus. Tales
loci damnant non opera, quae certe
Deus praeceperat, ut externa exercitia
in hac politia, sed damnant impiam per-

So nu also und nicht anders die guten
Werke sollten dem Glauben folgen, so tun
die viel anderer Meinung ihr Werke, die
nicht glauben, daß ihnen ohne Verdienst
Sunde vergeben werde um Christus willen.
Denn wenn dieselbigen sehen gute Werke an
den Heiligen, richten sie menschlicher Weise
von den Heiligen, wollen wännen, die Hei-
ligen haben mit ihren Werken. Vergebung
der Sunde erlangt oder sein durch Werke
für Gott gerecht worden. Darum tun sie der-
gleichen ihnen nach und meinen, sie wollen
auch also Vergebung der Sunde erlangen
und Gottes Zorn versühnen. Solchen öffent-
lichen Irrtum und falsche Leh're von den
Werken verdammen wir. Erstlich, daß da-
durch Christo dem rechten Mittler die Ehre
genommen wird und wird den elenden Wer-
ken geben, wenn wir an Christus statt
unsere Werke wollen darstellen für ein Schatz
und Versöhnung des göttlichen Zorns und
der Sunde. Denn die Ehre gehört allein
Christo, nicht unsern elenden Werken. Zum
andern, so finden doch die Gewissen auch
nicht Friede in solchen Werken. Denn wenn
sie schon der Werke viel tun und zu tun sich
fleißigen, so findet sich doch kein Werk, das
rein genug sei, das wichtig, köstlich genug
sei ein gnädigen Gott zu machen, das ewige
Leben gewiß zu erlangen, in Summa das
Gewissen ruhig und friedlich zu machen.
Für das dritte, die auf Werke bauen, die
lernen nimmermehr Gott recht kennen noch

Aber der Irrtum von den Werken kleeht
der Welt gar hart an. Die Heiden haben auch
Opfer, welche von Patriarchen erslich her-
kommen; dieselbigen Opfer und Werke der
Väter haben sie nachgetan. Vom Glauben
wußten sie nicht, hielten dafür, daß dieselbi-
gen Werke ihnen ein gnädigen Gott machten.
Die Israeliten erdichteten ihnen auch Werke
und Opfer der Meinung, daß sie dadurch
wollten ein gnädigen Gott machen durch ihr
opus operatum, das ist, durch das bloße
Werk, welches ohne Glauben geschach. Da
sehen wir, wie heftig die Propheten dawider
schreien und rufen, als im 49. Psalm: "Dei-
nes Opfers halben strafe ich dich nicht zc."
Item Jeremias sagt: "Ich habe nicht mit
euren Vätern von Brandopfer geredt." Da

¹) se habere bis Christum > seit Ed. 1531. 8°. ²) At bis exaudiat] At cum ac-
cessit fides, quae credit, quod gratis reputemur iusti, haec audet Deum invocare et
sentit se exaudiri et consequitur veram notitiam Dei. Seit Ed. pr. 1531. 8°.

suasionem, quod sentiebant se per illa opera placare iram Dei, et fidem ab-
 208 iciebant. Et quia nulla opera reddunt
 (87) pacatam conscientiam, ideo subinde nova opera excogitantur praeter mandata Dei. Populus Israel viderat prophetas in excelsis sacrificasse¹. Porro sanctorum exempla maxime movent animos, sperantes se similibus operibus perinde gratiam consecuturos esse, ut illi consecuti sunt. Quare hoc opus mirabili studio cepit imitari populus, ut per id opus mereretur remissionem peccatorum, gratiam et iustitiam². At prophetae sacrificaverant in excelsis, non ut per
 W 116 illa opera, mererentur remissionem peccatorum et gratiam, sed quia in illis locis docebant, ideo ibi testimonium fidei suae proponebant. Populus audierat
 209 Abraham immolasse filium suum³. Quare et ipsi, ut asperrimo ac difficillimo opere placarent iram Dei, mactaverunt filios⁴. At Abraham non hac opinione immolabat filium, ut id opus esset pretium et propitiatio, propter quam iustus reputatur. Sic in ecclesia instituta est coena
 210 (89) Domini, ut recordatione promissionum Christi, quarum in hoc signo admone-mur, confirmetur in nobis fides et foris confiteamur fidem nostram et praedicemus beneficia Christi, sicut Paulus ait:
 1. Kor. 11, 26. Quoties feceritis, mortem Domini annunciatibus etc. Verum adversarii nostri
 M 123 contendunt missam esse opus, quod ex opere operato iustificat et tollit reatum culpae et poenae in his, pro quibus fit. Sic enim scribit Gabriel⁵.

durch göttliche Zusage Vergebung der Sünde
 daß durch das äußerliche Zeichen unser Glaube gestärkt werde, daß wir dadurch auch für
 den Leuten unsern Glauben bekennen und die Wohlthat Christi preisen und predigen, wie
 Paulus sagt: So oft ihr das tut, sollt ihr den Tod des Herrn verkündigen zc. Die Wider-
 sacher aber geben für, die Messe sei ein solch Werk, das ex opere operato für Gott uns
 gerecht mache und erlöse diejenigen von Pein und Schuld, für welche es geschieht.

211 Antonius, Bernhardus, Dominicus, Fran-
 (90) ciscus et alii sancti patres elegerunt certum vitae genus, vel propter studium vel propter alia utilia exercitia. Interim sentiebant se fide propter Christum iustos reputari et habere propitium Deum⁶, non propter illa propria exercitia⁷. Sed multitudo deinceps imitata est non fidem patrum, sed exempla sine fide, ut per illa

verdamnen die Propheten nicht die Opfer an ihnen selbst, denn die hat Gott geboten als äußerliche Übung in demselbigen seinem Volk, sondern sie treffen vornehmlich ihr gottlos Herz, da sie die Opfer der Meinung taten, daß sie meinten, dadurch würde Gott ex opere operato versühnet; dadurch ward der Glaub unterdrückt. Und so nu kein Werk das Gewissen recht zufrieden stellet, so pflegen die Heuchler auf ein blindes Geratwohl und wagen dahin gleichwohl ein Werk über das ander, ein Opfer über das ander zu erfinden, und alles ohne Gottes Wort und Befehl mit bösem Gewissen, wie wir im Papstthum gesehen. Und vornehmlich lassen sie sich bewegen durch die Exem-pel der Heiligen. Denn wenn sie denen also nachfolgen, meinen, sie wollen Vergebung der Sünde erlangen, wie die Heiligen erlangt haben zc. Aber die Heiligen gläubeten. Das Volk Israel hatte gesehen, daß die Propheten opferten auf den Höhen und Hainen; das Werk taten sie nach, daß sie durch das Werk Gottes Zorn versühneten. Die Propheten aber hatten da Opfer getan, nicht daß sie durch die Werk Vergebung der Sünde verdienen wollten, sondern daß sie an den Orten predigten und lehrten. Darum taten sie die Opfer zu einem Zeugnis ihres Glaubens. Item das Volk hatte nu gehöret, daß Abraham seinen Sohn geopfert hatte; daß sie nu auch Werke taten, die sie schwer und sauer ankämen, so opferten sie ihre Söhne auch. Abraham aber war nicht der Meinung seinen Sohn zu opfern, daß solchs sollt ein Versöhnung sein, dadurch er für Gott gerecht würde zc. Also in der Kirchen hat Christus das Abendmahl eingesetzt, darinne wird angeboten, daß wir verinnert werden, daß wir dadurch auch für

S. Antonius, Bernhardus, Dominicus und andere Heiligen haben durch ein eigen Leben von Leuten sich getan, damit sie desto leichter die heilige Schrift könnten lesen oder um ander Übung willen. Nicht desto weniger haben bei sich gehalten, daß sie durch den Glauben an Christum für Gott gerecht wären, daß sie allein durch Christum ein gnädigen Gott erlangten. Aber der

¹) 1. Sam. 9, 12 f. 1. Kön. 18, 20 ff. Ed. pr. 1531. 80.

²) 1. Mos. 22.

³) ut bis iustitiam] ut placaret iram Dei. Seit 3. Mos. 20, 2 ff. 2. Kön. 23, 10. Jer. 7, 31. 19, 5.

⁴) Expos. canonis missae lect. 26. 81.

⁵) Athanasius, Vita Antonii 5. MSG 26, 850. Bernhard: Vita pr. V 2, 10 (= ep. 310) MSL 185, 356 f. Vgl. auch MSL 183, 773 f. Franziskus, Verba admon. 5. 12.

⁶) Böhm, Analekten 2, 29.

opera mererentur remissionem peccatorum, gratiam et iustitiam; non senserunt se haec gratis accipere propter propitiatorem Christum. Sic de omnibus operibus iudicat mundus, quod sint propitiatio, quae placatur Deus, quod sint pretia, propter quae reputamur iusti. Non sentit Christum esse propitiatorem, non sentit, quod fide gratis consequamur, ut iusti reputemur propter Christum. Et tamen cum opera non possint reddere pacatam conscientiam, eliguntur subinde alia, sunt novi cultus, nova vota, novi monachatus praeter mandatum Dei, ut aliquod magnum opus quaeratur, quod possit opponi irae et iudicio Dei. Has impias opiniones de operibus adversarii tuentur contra scripturam. At haec tribuere operibus nostris, quod sint propitiatio, quod mereantur remissionem peccatorum et gratiam, quod propter ea iusti coram Deo reputemur, non fide propter Christum propitiatorem, quid hoc aliud est, quam Christo detrudere honorem mediatoris et propitiatoris? Nos igitur etsi sentimus ac docemus, bona opera necessario facienda esse (debet enim sequi fidem inchoata legis impletio), tamen Christo suum honorem reddimus. Sentimus ac docemus, quod fide propter Christum coram Deo iusti reputemur, quod non reputemur iusti propter opera sine mediatore Christo, quod non mereamur remissionem peccatorum, gratiam et iustitiam per opera, quod opera nostra non possimus opponere irae et iudicio Dei, quod opera non possint terrores peccati vincere, sed quod sola fide vincantur terrores peccati, quod tantum mediator Christus per fidem opponendus sit irae et iudicio Dei. Si quis secus sentit, non reddit Christo debitum honorem, qui propositus est, ut sit propitiator, ut per ipsum habeamus accessum ad Patrem. Loquimur autem nunc de iustitia, per quam agimus cum Deo, non cum hominibus, sed qua apprehendimus gratiam et pacem conscientiae. Non potest autem conscientia pacata reddi coram Deo, nisi sola fide, qua statuit nobis Deum placatum esse propter Christum, iuxta illud: Iustificati ex fide pacem habemus; quia iustificatio tantum est res gratis promissa propter Christum, quare sola fide semper coram Deo accipitur.

Nunc igitur respondebimus ad illos locos quos citant adversarii, ut probent nos dilectione et operibus iustificari¹. Ex Corinthiis citant²: Si omnem fidem habeam etc., caritatem autem non habeam, nihil sum. Et hic magnifice triumphat. Totam ecclesiam, aiunt³, certificat Paulus, quod non iustificet sola fides. Facilis autem responsio est, postquam ostendimus supra, quid de dilectione et operibus sentiamus. Hic locus Pauli requirit dilectionem. Hanc requirimus et nos. Diximus enim supra, oportere existere in nobis renovationem et inchoatam legis impletionem, iuxta illud: Dabo legem meam in corda eorum. Si quis dilectionem abiecerit, etiamsi habet magnam fidem, tamen non retinet eam. Non enim retinet spiritum sanctum. Neque vero hoc loco tradit

große Hauf ist hernach zugefahren, haben den Glauben an Christum fahren lassen, haben allein gesehen auf die Exempel ohne Glauben, und sich unterstanden durch dieselbigen Klosterwerke Vergebung der Sünde zu erlangen. Also setzt allzeit die Vernunft die guten Werke zu hoch und an einen un-rechten Ort. Den Irrtum sieht nu an das Evangelium und lehret, daß wir für Gott gerecht werden nicht um des Gesetzes oder unserer Werk willen, sondern allein um Christus willen. Christum aber kann man nicht fassen, denn allein durch den Glauben. Darum so werden wir auch allein durch den Glauben für Gott gerecht.

Dagegen ziehen die Widersacher an den Spruch Pauli zu den Korinthern am 13: W 117. "Wenn ich hätte allen Glauben 2c. und hätte aber die Liebe nicht, so bin ich nichts." Da rufen die Widersacher mit einem großen Triumph und rühmen, sie seien durch diesen Spruch gewiß, daß nicht allein der Glaube für Gott uns gerecht mache, sondern auch die Liebe. Es ist aber ganz leicht zu antworten, nachdem wir oben haben angezeigt, was wir von der Liebe und Werken halten. Paulus will in dem Spruche, daß in den Christen solle Liebe sein gegen dem Nächsten; das sagen wir auch. Denn wir haben je hie oben gesagt: wenn wir neu geboren sein, so fahen wir an das Gesetz zu halten und Gottes Gesetze gehorsam zu sein. Darum wenn jemand die christliche Liebe nachläßt, so ist er, wenn er gleich großen, starken Glauben gehabt, kalt worden und ist nu

¹) Conf. CR 27, 100. ²) §. 2—39 seit Ed. 1531. 8^o verkürzt. CR 27, 482. Im folgenden (bis S. 207) ebenfalls mehrfache Änderungen. CR 27, 483—489. ³) Hic S. Paulus certificat Principes et totam ecclesiam, fidem solam non iustificare. CR 27, 100.